Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Tractatus septimus de accidentibus
vino per viam corruptionis Et primo
de reducendo vino acetoso. Cap. i. vinum acetosum

Plerique quantum vix natura fert summopere
student vinum iam acetum reducere.
Ignari rerum, ex infecto nulla gaudet
dispositione. Iam quippe mortuo vitam que prefuit
reddere. Et neque livida nemo unquam recepit
lepram. ea que iam radicitus sese infixit.
perfecto vinum perfecte acetum factum, nullatenus
quispiam suscitabit Sententia domini galieni,
commento decimo septimo secunda particula aforismorum
ubi ait / Cum enim sanguis contigerit corrumpi, idem
fit, quod vino solet fieri. Quod cum in acetum
incipit mutari, et iam in hoc perfectum est. impossibile
est amplius in vinum redigi. Quod si parum mutetur.
et non ad plenam acredinem. ad vini naturam
revertitur / Attento quod uve non sint immature.
neque post summum maturationis eius. sed eius ex
tempore visu et gustu iudice, vindemia sana.
non grandine, atque pluviis turbata. in lune
decremento / sereno. siccoque die. vindemia
attemptetur. durabilius vinum. minusque acredinem
trahere promptum est. secus contrario, si actum fuit
Neque in vas aceto corruptum. ponendum esse